

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32**

**[S.l.], [9. Jahrh.]**

Vita sancti Hilarii episcopi

[urn:nbn:de:bsz:31-65346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65346)



**INCIPIT PROLOGUS EX GESTIS  
SANCTI HILARII PICTAVENSIS EPISCO  
PI. QUOD EST IDUS IANUARIIAS.**

**B**eatissimi hilarii confratres uita uel operibus non unius sed multorum patrum relatione comperimus in laude domini nostri ihesu christi memoriae traditam & bellatorem christi eorum opusculis contra arrii perfidiam luculentissime fore defloratum. Et multiplicem in eius uerae fidei confessionem texere gestu. Huiusmodi rei beatus hieronimus maximus stipulator emittet. qualiter uel quomodo in sinu armenensi temporibus constantii principis sub tauro praefecto. miles christi dimicauit. exiliumque per tulerit frigiae lustrum quam exulauerit omnibus recte pieque fidei sequacibus notum habetur. **EXIT. PROLOGUS.**

**INCIPIT VITA SANCTI HILARII EPISCOPI.**  
**I**gitur beatus hilarius pictauorum urbis episcopus regionis aquitaniae oriundus fuit. quae ab oceano britannico octoginta ferme milibus se iungitur. apud gallicanas familias nobilitatis lampade non obscuro. Immo magis praeceteris gratia generositatis ornatus. nitore pectoris addito. quasi lucifer inter caetera astra refulgens processit. Cuius acunabulis tantae sapientiae primitiua lactabatur infantia. ut iam tunc palam possit intellegi christum in sua causa pro obtinenda uictoria necessarium sibi militem propagari. Denique coniugem habens & filiam. triplicem plenitudinem amoris domini uenerabilis uimus eius ex sequebatur. atque informando uitae nitorem. propositum sanctae religionis imbueret. atque diuino nutu sub laici habitu pontificalem gratiam iam possideret. Ita se ipsum propria disciplina cohercebat in conspectu. quasi futuram speciem indicans. ut in reprehensibilis in templo christi praepararetur sacerdos. Nam quod inter mortales ualde uidetur difficile tam cautum esse quis a iudeis uel hereticis cibo suspendat. Adeo uir sanctissimus hostes catholicae religionis abhorruit. ut non dicam conuiuium. sed neque salutatio

fuerit. cum his praeter euntibus commune. sed uita bat eos dauidico suffultus exemplo. Nec cum hereticis mensa participando fieret illi in scandalum. Operfectissimum laicum. cuius imitatores ipsi desiderabant esse sacerdotes. Cui non fuit aliud uiuere. nisi christum cum dilectione timere. & cum timore diligere. quem sequaces currunt ad gloriam. diuertentes ad poenam. Credenti succedunt praemia. recusanti tormenta. qui tamen nunc illos de pio religionis opere commoneans. nunc alios de confessione inaeestimabilis sanctae trinitatis informans. nunc alios uel promissionem regni caelestis inuitans. non cessabat implere uerba ueritatis fructum fidei redundantia seminare. Igitur cognito desco hilario. quo lucerna accensa sub modio ardere non poterat. sed super candelabrum posita sui luminis omnibus per patefecerit. Quippe necessarius ut alienas etiam tenebras luce transfigeret. concordante fauore populi sacri altaris sacerdos electus est. Crescebat denique in eo cotidie opinio famulatrix iustitiae. nec erat eius fama contenta. In circuitu iectas tantum gallias inlustrare. uerum etiam in exteras nationes & regiones impleuit meritorum gratia percurrente. Sicque factum est ut toto orbe beati pontificis gloria militaret. Igitur sub constantio imperatore eusebio & ipatio consulibus. cum heresis arriana uenenata de radice dira contagia pullularet. Tunc uir sanctissimus timore nudus. fidei feruore uestitus. quasi signifer belligerator per medias acies inter hostiles fremitus. inter hereticas procellas. gladium uerbi ingererat. christi caritate securus. nihil de summo formidans. illud solum metuens. quod absit praeeudicio religionis in late ne uiueret. Auulente igitur & cursatio qui praua credulitate eadem di per turbare pertinaciter insistebant. Imperatori per suasum est. ut uirum eruditissimum de quo loquimur. et liberium papam romanum. et diamisium mediolanensium atque eusebium uercellensium pontifices exilio condemnarent. Nullam enim poterant ante insuperabilem beati



hilarii facundiam heretici uictoriam obtinere sperans hostis fidei aliquasse nebulas splendore catholico posse praeferre. nisi reclusus exilio uere fidei cultor fuisset. quō ut dictum est quisquis peruersus uoluit cum illo confluere. quasi mutus & claudus nec uerba poterat conferre. nec currere. sed quasi natans in pelago ante fluctus eloquentia eius mergebatur. Itaq; in frigida asiae regione missus exilio ad uisitas augmentum gratias agit. Quantum pro nomine xpi longius discedebat de solio proprio. tantum merebat fieri uicinior caelo. Quidam ad locum peruenisset obtabilem. nobis tacendum non est. quod illi concessum est. Nam eo tempore scō sibi spū reuelante cognouit. eo quod sextam abram filiam suam quam cū matre pictauis reliquerat. Quidam iuuenis nobilissimus praediues atq; pulcherrimus coniugii uinculum quaereret sibi adnectendum. Sed ipse interuentu orationis assidue caelestem illi sponsum sine contaminatione prouiderat. Mox opoortunitate re pestam manu propria subscriptam filiae direxit epistolam. sufficiente sale conditam. & uelut aromaticis unguentis infusam. quae tenet pictauis promunere conseruata. Indicant ei eo quod talem sponsum patre anxius prouidisset. cuius nobilitas caelos ascenderet. pulchritudo rosarum & lili comparationem praecederet. Oculi gemmarum lumina luminarent. uestis candorem niuis obprimeret. ornamenta in aestimabili fulgore uernarent. diuitiae inconprehensibiles emanarent. dulcedo faui mellis post poneret. pudicitia incontaminata persisteret. odor suauitate flagraret. thesaurus sine defectioe constaret. Addens ergo monitis ut filiam sibi prius male diuisam coniungeret. quam ut patrem expectaret. Pollicitum se & sponsum pariter cum promissione uenturum. Quod abra dulciter excipiens. et quasi sponsum futurum in epistola patris amplectens. ammonitionem secuta est. Nulli in coniugio sere soluens. sed qualiter ad illū sponsum perueniret. loco in sequenti reseruat. Inter ea cum toto orbe arriane heresis peruersitas pullularet. Dato generaliter imperatoris edic-

to. ut omnes orientales epi apud seleuciam ysauryae oppidum conuenirent disceptaturi. quid sentirent de fidei ueritate. Tunc inter reliquos quarto iam exili sui anno de frigida ad praedictam urbem seleuciam beatus hilarius data euectione ad synodum uenire compellitur. Is cum quoddam castellum adisset. die dominica ingressus est templum. Mox puella quaedam florentia nomine gentilis. irumpens multitudinem populi. uoce magna seruum di aduenisse testata est. et ad pedes eius adcurrens. postulabat ut sibi signum crucis imponeret. Quam florentius pater secutus genitor puellae. et cuncta familia in nomine scāe trinitatis meruerunt pariter baptizari. Quae florentia relictis parentibus suis uestigis eius inhaerens usq; pictauis perducta est. patrem se habere non a quo generata. sed a quo regenerata est predicabat. Cum uero seleuciam peruenisset. magno fauore acunctis exceptus est. eo quod diuina misericordia tam prudentissimum. & singularis eruditionis uirum compestum. in expectaculum mundi produceret. ubi erat de fide censendum. Hinc post examinationem agnitus hostis. & oppressis decretis scripturae conditis prospera q; auctore dō in synodo actis. legatio synodi ad imperatorem dirigitur. Cum qua inter ceteros scs hilarius perrexit. quamuis ei non fuisset iniunctum metuens ne adhuc contra religionis dogma respira- ret damnata perfidia. sed differere longum est qualiter ariminensi synodo compositum mendacium. aliud ex alio fraus heretica referens serpentino lapsu subripuit. Et post ea legatis seleuciensibus per imperatoris iniquitatem ipsa est inlata calumnia. Quod tamen athleta xpi beatus hilarius agnoscent. grauitate apud ariminum diaboli praeualuisse mendacium. In tantum orientales partes similiter composito furo inficeret. Imperatoriq; trib. libellis oblati precibus. effudit. ut in eius conspectu collectis aduersarius esset ei contra hereticos disceptandi de religione licentia. ne ueritatem falsitas obumbraret. ne aequitatem iniquitas praeualeret. Ne imperator dō resistere uideretur.



ne fidei perfidia rebellaret. Unde ualens & iur saci  
 us conscientiae reatu perterriti quia si daretur  
 facultas cecidendi. mox se sciebat hilarum in conflictu  
 prosterni. et uerae fidei fore uictorem. sollicitam  
 imperatoris animum iam diu peregrinantem exu  
 lare. ut ipsum redire ad gallias perurgerent  
 dicentes. illo praesente heretica non posse machina  
 menta proficere. quod obtentu ad gallias compul  
 sus reuestitur. putans magis amplius se patri auxili  
 um. quod illuc perurbationem ecclesiae relin  
 quebat terminum nonsecutum. O beatum ponti  
 ficem industriumque uirum qui in summo discrimi  
 ne inimicum iudicem adit tribunal imperii sine  
 timore tormenti. Uerum totis uisceribus dilige  
 bat xpi regnum. qui non formidabat constanti  
 principatum. Nam quod se pro dno sic ingererat  
 a pesto periculo si percussor non defuisset optabat  
 martirium. Et tamen animus sumpsit gloriam  
 ac si tempus non intulit poenam. sed talem uirum  
 diuino credimus nutu reseruatam pro correctio  
 ne cunctorum. Nam poene totum mundum gra  
 ui errore confusum. factis in galliis saepe si no  
 dis per hilarium fuisse ad uiam ueritatis ad  
 ductum. confiteatur lingua multorum. Quid  
 autem interest uel sibi prouita aeterna fac  
 tum fuisse martirem. uel amplius uixisse reli  
 qui ne perirent. Igitur sae animae ut si gladius  
 persecutoris uitam non abstulit. palmam tamen  
 martiri non amisit. Itaque dum regrederetur  
 ad propria. Tunc beatus mastinus aequae merito  
 rum lumine non absconsus. qui ab hilario di uiro  
 exorcistu antea fuerat institutus. cognito ad  
 uentu eius romam festinanter occurrit. sed ad  
 ordinem unde digressi sumus reuestamur. Cum  
 de exilio regressus introisset pictauis. summo fa  
 uore populi susceptus. plaudabant omnes pariter.  
 eo quod ecclesia recuperasset pontificem. grex  
 pastorum. & quasi omnes tunc cum ipso exules fu  
 issent deflebant. Itaque beato mastino in uico  
 loco diacono dum praecepisset consistere uirtute  
 diuina meruit ibi mostuum suscitare. Post ali

quos uero dies. infans sine baptismi regeneratione  
 defunctus est. duplici morte damnatus. praesente  
 uidelicet lucem amittens. et poenam futuri sceli  
 non carens. Tunc mater extincti quae iam mater  
 non erat. dum filium non habebat. prouoluta ad  
 pedes scilicet hilarii. praecedentibus lacrimis nati sui  
 corpus effudit. & exclamans. Mastinus adhuc in  
 cipientis caticum inum. mostuum reuocauit. Tu  
 uero pontifex quaeso redde filium meum ad bap  
 tismum. ut qui populi pater agnosceris. ut mater  
 ego uocer obtineas. sed illae plus lacrimis peten  
 tis quam uerbis. Commotus uir di expectante po  
 pulo. ad consueta arma recurrens. Interea pro  
 steritur. mox paulatim defuncti pallor in ru  
 bore conuestitur. frigida membra reuocato spu  
 in te pesunt oculi a pestis palpebris peregrinum  
 lumen agnoscunt. uox adducto anhelito pecto  
 ris domicilio conflata profertur. gressus uesti  
 gis redi uiuus extenditur. in priore fundamento  
 tota fabrica renouatur. Quid plura tam diu  
 iacuit sacerdos in puluere. donec pariter sur  
 gerent. senex de oratione infans de morte.  
 Ecce utra laudabilis quae de alterius corpore ne  
 cem precibus fugauit. Spoliauit infernum. spem  
 habuit in xpo. Mors ibi iura non tenuit. Ubi  
 hilarius uim orationis ingessit. sed tanta res  
 non potest nisi uerbis plus ornare quam meritis.  
 Nunc uero memorandum est quod supra promisim.  
 qualiter miracula reliqua hoc miraculum cu  
 mulauit. Denique cum beatissimam abram filiam  
 suam ad quam de exilio distinauit epistolam in  
 colomem inuenisset. Alloquitur quomodo po  
 terat dulcedo patris & facundia oratoris. quid  
 dicam alloquitur hilarius. cuius eloquentiae  
 magnitudo orientem occidentemque inlustrat.  
 Denique repletus spu diuino temptans animum fi  
 liae si uellet sponsum attingere. quem patris  
 gratia prouidisset. Tunc libenter desiderabi  
 literque ut celetiter ei iungeretur orabat.  
 quam uoluntatem pius pater agnoscens. hinc  
 tus orationibus non cessauit. donec sine dolore.



sine contagio. saepe facta filia demundi ludibrio  
migraret ad xpm. quam propriis manibus uidecunt  
uenerandae tradidit sepulturae. O funeris gloria  
quae melior habetur quam uita. quia quod terrae  
subripuit. in caelum transmisit. Uere ut & ego con  
sidero plus fuit quam resuscitari sic mori. Cesta enim  
salus est non contaminare peccatis. quanti cuperent  
reb. cum uita traditis talem transitum comparare.  
si meratorem forsitan inuenirent. Sed quid distat  
inter uiuificati infantis. Et filiae mortificate mis  
terio. illum resuscitauit ad baptismum. hanc trans  
misit ad regnum. nisi quod adhuc in illo spes resta  
bat peccandi. haec immaculatam finem accepit.  
Quod cum uidisset mater beatae abrae a pontifice  
pustulauit. ut & ipsa si mereretur eropta de  
mundi erumna cum filia praesentaretur ad reg  
num. cuius uota pontifex beatus considerans. as  
sidua oratione xpo dno sine quoniam boni agit  
poscens. Et ipsam ut fides robustior manet trans  
misit ad gloriam. Quis aestimaturus est talem  
uirum ita dilexisse dnm coniugis et filiae affec  
tu contemptum. Tamen in hoc magis illius amasse  
cognoscitur. cum per ipsum lumine perpetuo  
transferuntur. Quis uero abundantia rignatis  
Ingeni contendat euoluere. aut eius uerba uer  
bis ualeat exaequare. quod ille in diuisae  
trinitatis. libros stilo tumente contexuit. aut  
scripta dauidici carminis sermone coturnato  
per singula referat. In minorum etiam car  
mine claruerit. quomodo fuerit in diuersa ro  
ne paratus. Intractatu profundus. per lu. ce  
raturam eloquentiae nobilis. In uirtute mira  
bilis. In complexionibus multiplex. In resolu  
tionibus subtilis atq. astutus. et luxta euan  
gelii dominicae q. uocis. astutium serpentis.  
Et simplicitatem columbae gratiam non amit  
tent. condita sal ingenii. fons loquendi. thesau  
rum scientiae. caritatis sectator. lux doctrine.  
defensor ecclesiae catholicae. hostium propug  
nator. Quid plura si reuulsi lector. qui eius dic  
ta legerit credat non tam uerbis digerere.

sed spūscō deconare. Hoc fuit ultra hominem sapere.  
tam caute de religione censeri. Sed qui uult ipsū  
agnoscere eius exilia memoret. merita respiciat  
uolumine relegat. dicta perpendat. signa cotidi  
ana recensat. Quidum superstes fuit in saeculo.  
aut scripsit ecclesiasticae fidei documenta. aut  
pugnando calcauit heretica carmina. aut peten  
ti tribuit miraculorum suffragia. quae uolen  
te dno usq. In hodiernam diem eius orationibus  
perseuerant. sed mea lingua non sufficit singula  
desco epō. quae per eum operatus est et locutus  
sicut illi dignum est cuncta proferre. Det mihi  
pius ueniam. quia multa praeter u quibus pauca  
conscripsi. ita beatissimi hilari de praesenti scō  
uita migravit cum gloria ad xpm. terra plo  
rante. caelo gaudente. Obiit autem praefatus  
pontifex hilarius die iduum ianuariarum. Re  
liquiaeque eius picta uisunt conditae. In quo  
loco actenus diuina beneficia operantur. Ipso  
praesente dno nostro ihu xpo. qui uiuit & regnat  
cum patre et spūscō. in saecula saeculorum. Amen.  
EXPT. VITA. S. HILARII. EPISCOPI.

## INCIPIT PASSIO SCORVM SCILLITA NORVM. QUOD EST. XVI. KL. AUG.

**I**ndie illis. praesidente bis claudiano consule. XVI  
kl. aug. kastagine in secretario impositis. sperato  
nart. ale. & c. tino. donatu. secunda uestiue. Satur  
ninus pro consul dixit. Potestis indulgentiam domi  
ni nostri imperatoris promereri. si ad bonam men  
tem redeatis. Speratus dixit. Numquam male feci  
mus iniquitati nullam operam pbemus. Numquam  
malediximus. sed male accepti gratias egim. propter  
quod imperium nrm obseruamus. Saturnus pro  
consul dixit. Et nos religiosi sumus. et simplex est  
religio nostra. et iuramus per ingenium dni nri  
imperatoris. & pro eius salute supplicamus. quod  
et uos quoq. facere debetis. Speratus dixit. Si tra  
quillas praebueris aures tuas dico mysterium